

sum: et tres unum sunt) et tres sunt qui testimonium perhibent in celo. Pater uerbum et spiritus. Et hij tres unum sunt. Ad calcem adest nota illa Explicatio Hebraicorum Nominum alphabetica. Ad Codicis fata pertinent, quae fol. praevio leguntur: *Iste liber reperi- tus est inter res M. Jeronimi quon- dam Nicolai pellificis de ulm. li- centiati in decretis, quem d. Sigis- mundus quondam prepositus in ful- nekch dicit sibi misisse et tantum duos florenos ab eo pro isto libro recepisse et residuum teneri, sicut d. Mathias in Gravenwerd mona- sterij in Tyernstain optime nouit, et volebat predictus d. sigismundus nobis eum relinquere, si daremus sibi adhuc duos fl.*

LI.

U. 131 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XV. Folior. 228. f. chara- ctere crasso, majore Textus prin- cipis, minore των παροιμιων exara- tus complectitur I. Proverbia, Ec- clesiastem, Cantica Salomonis, tum Sapientiam et Ecclesiasticum adsti- tutis partim in margine, partim inter lineas Nic. Lyrani Postillis, ut habentur in Bibliis glossatis, in quibus, uti et in Cod. nostro fol. 75. duos posteriores Libellos Ly- ranus diserte non canonicos ad- pellat.

II. fol. 213. sequitur 4. colum- nis Ordo evangeliorum et episto- larum per anni circumum. Incipit a Vigilia Nativit. et recenset etiam Proprium et Commune Sancto- rum.

III. fol. 219. p. 2. Autorita- tes variae Augustini, Joh. Chrys. Bernardi, Gregorii M. Hiero- nymi, Isidori, Ambrosii, Origenis, nullo certo fine lectae.

IV. fol. 220. proluxa Institutio vernacula de Peccatis, decem Praeceptis &c. hujus ingressus: *Septies in die cadit iustus also spricht der wis man salomon in dem buoch der spruch am 24. Sü- benstund an den tag vallet der ge- recht. Ach hochun grundlosun wishait waz mainet din gewalt daz du den gerechten so dik lauft vollen. O we verborgen vrtail vn- mässig gerechtikait wie sind din weg so unbegriffenlich vnd doch so vnausprochenlich. Wie muofs der so luter vnd so gerecht sin der mit dir sol ains werden &c.* Multa la- tina mixta sunt, eoque plura, quo magis in expositione Decalogi Noster progreditur. Deficit tamen Codex in Praecepto X. Ejus The- cae posticae exterius adscriptum est evanidum M. Conradi Salder nomen, qui jam alias memoratus an autor, an possessor tantum o- lim fuerit, nescio.

LII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 5 Folior. nunc 349. f. per duas co- lumnas probe scriptus et rubricis distinctus Pars est *Bibliorum Ve- tus Testamentum a Prophetis, Novum vero integrum complexa.* Initium igitur ab *Isaia*, e quo quaedam folia excidere inter C. XXV. et XXXI. item inter C. XXXIX. et XLIV. item inter C. LIII.

LIII. et LVII. Sequuntur ordine suo reliqui *Prophetæ* majores et minores cum *Libris Machabaeorum*, dein IV. *Evangelia*, *Epistolæ Paulinae*, *Canonicae*, *Actus Apostolorum*, et *Apocalypsis*. Liber quivis litera initiali cubitali picturata ornatur. Inter *Epistolam ad Coloss.* et ad *Theffalonic.* interjecta est spuria ad *Laodicenses*. I. *Job.* 5. testimonium triplex sic quidem a prima manu scriptum est: *Quia et tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus aqua et sanguis. Et tres sunt qui testimonium dant in celo Pater et verbum et spiritus sanctus. Et hij tres unum sunt;* sed notatur ita legendum: *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo Pater et verbum et spiritus sanctus. Et hij tres unum sunt. et tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus aqua et sanguis.* Praeterea omnes Libri instructi sunt Prologis *Hieronymi*, et Argumentis illis, quae illis in *Bibliis glossatis* praefiguntur; verum quaedam ante *Prophe-tas minores* tantum primis vocibus indicata sunt, quod ea Librarius vel ad manum non habuit, vel relicto spatio in aliud tempus distulit, quo exclusus est.

Adtrabe per primum (summum?) medio rege, punge per imum, Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

LIV.

R. 3173

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 121. f. per duas, trefve columnas luculente, probeque exaratus, coloribusque illu-

E 3

LIII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 56
XIII. Folior. 153. 4. nitide exaratus et rubricis distinctus quosdam *Libros Biblicos* complectitur, quorum Index Sec. XV. scriptus fol. 1. hic est: *Isaias*, XII. *Prophetæ minores*, *Salomonis Parabolæ*, *Ecclesiastes*, *Cantica*, *Sapientia*, *Ecclesiasticus*, *Epistolæ Pauli*, VII. *Canonicae*, et *Job*. Lectio vulgata est. Praemittuntur passim Prologi *Hieronymi*, aut *Summaria* illa in *Bibliis glossatis* obvia. Inter *Epist. ad Coloss.* et I. ad *Timoth.* intercedit spuria ad *Laodicenses*. I. *Job.* c. 5. Testimonium triplex ita comparatum est: *quia tres sunt qui testimonium dant in celo pater uerbum et spiritus sanctus. et hij tres unum sunt. et tres sunt qui testimonium dant in terra. spiritus aqua et sanguis.* In posteriore theca possessor quidam annum 1476. notavit; anterieus vero eodem Seculo adscriptum est ingeniosum *de baculo pastorali* Distichon, quod repraesentato:

stratus est *Liber Job*, *Glossa* utraque et ad latera, et inter lineas stipatus, prout in *Bibliis glossatis* habetur, praemissis etiam foliis Praefationibus et Argumentis. Quare post C. XL. V. 13. manum